distribuantur, qui eligentur ad hoc munus ab Incolis Regni, et presentabunt D. Metropolitæ non vnito. Archiepatus Polocen: restituatur Nobis. Epatus vero Vitebscensis, Mscislavien: et Mohilovien: cum Orsanensi conferatur non Vnito. Per Metropolita immittatur in possonem Ecclesiarum Vilnen: Nowogroden: Minscen: cum Archimandrijs et Superioratibus.

Vnitis collata ad vitæ Jura cassentur, nostra vero antiquissima, uti Regum et Ducum Russiæ, ubi mentio de Vnione confirmentur.

Et ut penitus perversa lex, et nequam eliminetur vnio, non tantum evellenda erit ex bonis Regalibus, sed et ex bonis Nobilium; siquidem omnes familiæ magnæ erant Rutheno-non unitæ, ut Prpes Ostrovienses, Zarlavienses, Zbarascij, Visnoviescij, Koributh, Sapieha, Volonicz, Wcina, Wolodoviccij, Sangescij, Pantovicij, Prenecij, Lovcij, Polubinscij, Solomorecij, Hlebowicz; nemque quovis prætextu Vniti ad ecclesias se ingerant, arceantur omnibus gratis ex bonis, Ecclesijs Parolibus, et Cathedralibus, Monrijs, Abbatijs; Hac lege cautâ, Pro infami habeatur si quis Vnitos penes Ecclesiam aliquam foverit, similiter quascumque Jesuitæ rapuerunt fundationes ex bonis Ruthenis, uti Ostrosien: redeant ad nrum usum obnixé petimus Vras Illmas Ddnes, DD. nros Collmos